Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38192
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



112

ascend& inde in sextum gradū:
ubi iam ipsum oculum purgat:
quo uideri d̄ſ potest: quantū
potest abeis qui huic saeculo
moriuntur quantum possunt.
Nam in tantum uident: in quantū
moriuntur huic saeculo.
In quantum autem huic uiuunt:
non uident.
Et ideo quamuis certior: & non
solum tolerabilior: sed & iam
iocundior: splendor lucis illius
incipiat apparere in enigmate.
Adhuc tamen & per speculum
uideri dicitur: quia magis
per fidem quam per speciem
illuc ambulatur cum in hac
uita peregrinamur: quamuis
conuersationem habeamus in celis.
In hoc autem gradu ita purgat